

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei
 Archiepiscopo, et Episcopis, ac dilectis filiis
 Decanis, Archidiaconis, Prepositis, et aliis Ecclesiarum
 Prelatis per Livoniam, Estoniam, et Prusiam
 constitutis, ad quos littere iste pervenerint.

Salutem et Apostolicam Benedictionem

Contra Tartaros Livoniam, et Estoniam vastantes
 Crucis verbum praedicent.

Attentione vigili debent omnia vitari, que casum
 dubium, et discrimen continent manifestum.

Sane non absque cordis anxietate percepimus,
 quod sevissimi Tartari christiani nominis ini-
 mici, et ipsorum complices terras Livonie Esto-
 nie, Prusie, ac alias, quas in partibus illis di-
 lecti filii fratres Hospitalis sancte Marie Theu-
 tonicorum non sine magnis laboribus et ex,

889 92
pensis, ac proprii effusione sanguinis, Divina
potentia suffragante, reduxerunt ad culmen
catholice veritatis occupare ac destruere mo-
liuntur. Cum autem dignum sit et con-
gruum, ut per Sedem apostolicam, cui divini-
tatis omnium cura fidelium commissa esse
videscitur, super hoc salubre consilium appro-
natur, nos de vestra circumspectione con-
fisi, Universitati vestre per apostolicam scriptam
mandamus, quatinus contra Tartaros, et
complices memoratos in dictis terris verbum
Crucis per vos, et alios ad hoc idoneos pre-
dicetis, eam auctoritate nostra peccatorum
veniam, et illas immunitates a summentibus Cru-
cem huiusmodi concepturi, que transfretanti-
bus in terre sancte subsidium in generali

27
concilio sunt concepte. Datum Apisii XIII.

Kalendas Junii, Anno XI.

Descriptum, et recognitum ex autographo Regesto Liter. aplice.
f. r. Innocentii PP. IV. epist. 665. An. XI. quod adservatur in
Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum Fidem
Dabam de Andie Kal. Junii MDCCCXXXVII.



M. Merini
Tabular. S. R. E. Prefectus

